

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

Tab. XL.

Castellum tribus turribus munatum: in media leo est, gladium vibrans, & quasi vigilias agens: in reliquis duabus singuli dracones. Additur perigraphe: *SUFFICIT OMNIBUS 1618.*

a Occurrit similis nummus inter Neapolitanos apud VERGARAM (a), nisi quod annus ibi expressus legatur: 1619. & declarat: Regem a nullo sibi hoste timere, sed omnibus plane pellendis ac vincendis, suisque provinciis adversus eos defendendis, parem esse. *M. Imp. ar. pond. sesquidr.*

XV.

PHILIPP. III. ... reliquis delatis. Caput Regis corona radiata cinctum, & sinistrorum conversum, ad medium pectus cum lorica.

Aversa hæc verba coronæ laureæ inclusa comprehendit: *† FIDEI. DEFENSOR.*

b Hunc nummnum in regno Neapolitano cusum fuisse ex præcedentibus, ubi coronam radiatam in nummis Neapolitanis solemnem esse observavimus, intelligi potest, & quod similem vulgaverit VERGARA, magnitudine duntaxat discrepantem (b).

Porro notatu dignum est, Reges Hispaniæ, tanquam Reges Neapolitanos, titulo *Defensorum fidei* usos fuisse, ut hic & mox citatus nummus ex VERGARA docent. Priscis quidem Siciliæ Regibus similem quondam titulum usurpatum, videlicet: *Christianorum Ad-*

(a) Monete di Nap. p. 106.

(b) Ibid. p. 105.

iutor & *clypeus*; seu *Christia-* PHILIP-
norum Adiutor & Defensor, PUS III.
docet SELDENUS ex SCIPIOENE SPANIAE
MAZZELLA (c). Qui et si priori formulae haud respondeant: inde tamen ansam arripuisse videntur Reges Hispaniæ, acquisitum semel per matrimonium PHILIPPI II. cum MARIA *Anglica, Fidei Defensoris* titulum retinendi, partim; quod hoc modo antiquum ad eiusmodi titulum ius resuscitare videbantur: partim; quod Angliae Reges non iam *Catholicam* fidem, ob quam aliquando propugnatam eiusmodi titulo honoris a Summo Pontifice aucti fuerant, sed *Reformatam*, quam vocant, defendebant. Sane PHILIPPUS IV. in nummo Neapolitano quodam, infra Tab. XLIV. num. LIX. producendo, CATHOLICE FIDEI DEF. *enfor* expresse scribitur; haud dubie, ut se a *Defensoribus fidei reformatæ* discerneret, atque adeo hoc titulo non soli Angliae Reges utuntur. *M. Imp. ar. pond. semidr.*

XVI.

PHILIP. PUS III. D. EI G. RATIO Tab. XII.
REX. AR. *ragoniae*. Caput Regis fere ut num. præcedenti. Pone illud sigla g observatur, quæ haud dubie signum monetarii est, id quod etiam de sequentibus dicendum.

Aversa scutum *Hispanicum* coronatum, una cum reliqua inscriptionis parte: *SICILIAE. ET. HIERVSALEM*, præfert. VERG. p. 103. n. I. ar.

(c) Titul. Honor. P. I. cap. 5. p. m.
83.

XVII.



PHILIP-
PUS III.
REX HI-
SPANIÆ.

XVII.

PHILIPP. us III. d. ei G. ratia
REX. ARAG. oniae VTRI. usque SI-
CILIAE. ET. HIERVSAL. m. Hæc
perigraphe utriusque partis est.
Caput Regis, ut num. præce-
denti, dextrorsum tamen con-
versum. Retro illud siglæ æ.
& g. adpountur.

Aversa Regis insignia in scu-
to coronato repræsentat. VERG.
p. 104. n. 2. ar.

XVIII.

PHILIPP. us III. d. ei G. ratia
REX. ARA. gonie VT riuisqne Sici-
liae. Caput Regis sere ut num.
xvi. Pone sigla f.

In aversa aquila coronata un-
guibus globum tenens, addito
in margine lemmate: REGO.
IN. FIDE. Ibid. p. 105. n. 4. ar.

XIX.

†PHILIPP. us III. d. ei G. ratia
REX. ARA. gonie VTR. iusque
sicilie. Duo rami laurei for-
ma crucis Andreanae, seu Bur-
gundicae, cum flammis ex insi-
gni aurei velleris.

Aversa cornu copiæ inter nu-
merum anni 1599. ostendit,
addito in margine lemmate:
PVBLICAE COMMODITATI.

Simile emblema, pecuniæ
haud inepte conveniens, vidi-
mus inter nummos PHILIPPI II.
num. CXXVI. & CXXIX. Ibid.
p. 108. n. 10. ar.

XX.

PHILIPP. us III. d. ei G. ratia
REX. Cornu Amaltheæ inter an-
num æræ Christianæ: 1617.

In aversa canis super aram, Tab. XII.
encarpis ornatam, iacens, addi-
to lemmate: VIGILAT ET CV-
STODIT.

Laudatur hoc nummo, VER-
GARA teste, Ducus OSSUNÆ,
qui tum Præfecti nomine regno
Neapolitano præsidebat, vigi-
lantia; qua regnum per classes
suas aduersus Turcarum inva-
siones securum præstabat. Ib.
p. 107. n. 7. a.

XXI.

PHILIP:pus III: d. ei G:ratia
REX. Caput Regis radiatum ad
medium pectus cum lorica, ut
videtur. Retro illud siglæ: FC,
& inferius GC. cum numero
anni 1618.

In postica aristæ aliquot in
fasciculum colligatæ, adiecto
lemmate: POPVLORVM: QVIES.
quo, VERGARA iudice, ad illud
AURELIANI Imperatoris adludi-
tur: Nihil esse letius Romano
populo saturo.

Laudatur, eodem teste, Du-
cis OSSUNÆ cura & solertia,
qua populo Neapolitano de fru-
mento prospiciebat. Ib. n. 8. a.

XXII.

PHILIPPVS. III. REX. HISPA-
niarum. Protome Regis ar-
mata & torque aurei velleris
conspicua, capite nudo, ad læ-
vam respiciente. Retro siglæ:
FAC, apparent.

Postica solem exhibit, ra-
dios late spargentem, adiecto
in ambitu lemmate: OMNES.
AB. IPSO. 1620.

Rex ergo Soli, omnes illu-
stranti & foventi, comparatur.

Nota-

Tab. XLI. Notatu dignum est, *Regis Hispaniae* titulum hic aliquando occurere; cum in nummis Neapolitanis, tantum *Arragoniae* & *Siciliae* utriusque nominari fere soleat. *Ib. p. 106. n. 6. ar.*

XXIII.

PHILIPPVS III. REX. Effigies Regis armata pectoretenus, capite radiato, ad levam converso. Pone sigla: FCC.

In aversa crux *Hierosolymitana* cum perigraphe: IN HOC SIGNO. VINCES. 1621. *Ibid. p. 109. n. 12. ar.*

XXIV.

Caput Regis radiatum, dextrorsum respiciens. Pone sigla: B. Perigraphe: PHILIPPVS. III. REX. In parte aversa sic continuatur: VTRI. USQUE SICILIAE ET. ARRAGONIAE. Corona, per quam duo sceptra transeunt.

Similem vidimus inter numeros PHILIPPI patris num. CXXX. *Ib. p. 105. n. 4. ar.*

XXV.

Adversa hanc inscriptionem, coronæ laureæ inclusam, exhibet: PHILIPPVS III. R. EX HISPANIORVM.

In aversa sceptrum erigitur, cuius summitati corona radiata imposita: de cetero lauri ramo, & duabus spicis exornatum, quæ sunt pacis & abundantiae emblemata. Additur perigraphe: PAX ET VBERTAS.

PHILIPPI regimen post inducias, cum Ordinibus Fœderatis

TOM. II. P. I.

(a) Thaler - Cabinet pag. 33. nov. edit.

Belgii anno 1609. pactas, trans- PHILIP-
quillum erat atque pacificum. PUS III.
Ib. p. 109. n. 11. ar. REX HI-
SPANIAE.

XXVI.

† PHILIP. PUS III. D. EI G. RATIO
REX. ARA. GONIAE VTR. IUSQUE SI
CILIAE. Caput Regis radiatum,
ad pectus, cum paludamento,
antiquorum more. In area hinc
sigla C, illinc G.

In aversa vellus aureum in
corona laurea, absque inscrip-
tione. Similem vidimus in ga-
zis Aulæ Vindobonensis, unum
denarium appendentem. *Ib. p.*
110. n. 13. ar.

MONETA HISPANICA.

XXVII.

Scutum coronatum, Regis
insignia referens, cum perigra-
phe: PHILIPPVS. D. EI G. RATIO,
quam pars sequens continuat:

HISPAÑIARVM REX 1608.

Scutum repetitas Castiliae & Le-
gionis tesseras complectens.

Est hic nummus octava pars
uncialis, seu eius generis num-
morum, qui in Lusitania &
Hispania ab octavo numero, no-
men habent. Binos PHILIPPI
unciales describit Cl. LILIEN-
THAL (a), quorum nullus ad
manus nostras pervenit. M.
IMP. AR. POND. SESQUIDR.

a

MONETA
MEDIO LANENSIS.

XXVIII.

PHILIPPVS. III. REX. HISPAN-
IARVM 1608. Effigies Regis ar-
mata fere ut num. 1.

C C

MEDIO-

PHILIP-
PUS III.
REX HI-
SPANIAE.

MEDIOLANI. DVX. ETC. etera
40. Hæc, opere torevmatico
circumdata, leguntur in area par-
tis aversæ, sub corona, ex qua
anguis prodit ab una parte; tan-
quam tessera *Mediolanensis*: ab
altera palmæ ramus; & docent
nummum a *Mediolanensis* cu-
sum esse. Numerus 40, pre-
mium, ni fallor, indicat. M.
Imp. ar. pond. 2. drach.

Alium subinde reperi num-
mum, minoris formæ, in re-
cens apertis Grossorum scriniis
(a), *Mediolani* pariter cusum.
Eius adversa in umbone sub re-
gia corona nomen continet Phi-
lippi III. In perigraphe legitur:
HISPAN. iarum REX E. t C. etera.

In aversa epigraphe: MEDIOLANI. DVX. ET. C. etera. sub
corona regia scutum quadri-
partitum repetita *Lombardia* &
Mediolani insignia habet, & a
corona utrinque rami lauri de-
pendent.

NUMISMA AD HISTORIAM PHILIPPI III.

PERTINENS.

XXIX.

Protome Regis armata cum
collari, & ordinis aurei velleris
insigni, capite nudo, ad levam
converso.

Perigraphe eadem est, quæ Tab. XII.
nummi præcedentis, omissa no-
ta chronologica. Sub brachio
Regis dextro, sculptor nomen
suum adscripsit: GASP. M.

Aversa hanc inscriptionem,
quatuor lineis absolutam, com-
plectitur: POTENTIS GLORIA
EXIMIA DILIGERE PACEM IV-
STITIAM. Superiori crux ad-
picta est, & in exergo nume-
rus anni 1612. subiicitur: in
ambitu autem hæc perigraphe
legitur: MAR. iæ INIOIOSÆ GVB.
ernatori ET CAP. itaneo GEN.
erali PRO R. egia M. aiestate IN
STATV MEDΙOLANensi VM.

Est hoc numisma honoris &
amoris monumentum, quod ci-
vitas Mediolanensium Præfecto
suo dedit, qui *iustitia* & *tran-*
quillitatis cultu ipsis se commen-
daverat. Per Statum possumus
intelligere Statum *Praesidii*, qui
dicitur, maritimas quasdam ur-
bes complectentem, quem PHI-
LIPPUS II. sibi reservaverat,
cum COSMO Mediceo Sienæ ur-
bem, tanquam subfeudum Imperii,
cessisset; ne inter Duca-
tum Mediolanensem, & re-
gnum Neapolitanum nexus tol-
leretur. M. Imp. ar. fus. pond.
3. drach.

PHILIPPI III. PROLES. BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS. ANNÆ MARIAE MAURITIÆ, ET FERDINANDI.

ANNA MARIA MAURITIA PHILIPPO III. ex MARGARI-
THA *Austriaca* anno 1601. primo loco genita (Tab. XL.
num. VIII.) ac anno 1615. LUDOVICO XIII. Franciæ Regi in matri-
moni-

(a) Locul. III. p. 115. Tab. VII. n. 63.

Tab. XII. monium elocata (30.), post trium & viginti annorum infecun- PHILIP.
ditatem, LUDOVICUM, postea patris in regno successorem, enixa est. PI. III.

Mortuo marito (31.) filii tutelam suscepit (32.), regnum- PROLES
que Galliae ad annum usque 1651. quo is iustum regendi ætatem
adeptus erat (33.), insigni cum providentia, tum fide admini-
stravit. Pacem Pyrenaciam plurimum promovit; filio neptem
suam MARIAM THERESIAM conciliando (34.). Obiit anno 1666.
xx. Ianuarii (35.). *Memoires d' ANNE d' Autriche par Mad. de Motteville.* KHEVENHÜLLER op. cit. *Theatrum Europ.*

FERDINANDUS PHILIPPO III. ex eadem MARGARITHA
anno 1610. xxiv. Maii editus est. Annum ætatis decimum non-
dum egressus, Episcopus Toletanus eligitur, atque a PAULO V.
Pontifice Maximo inter Purpuratos S. R. Ecclesiæ adscriptus fuit
(36.). Mortuo ALBERTO Archiduce, petente ISABELLA CLARA
EUGENIA eiusdem vidua, anno 1632. Belgii Præfectus designa-
tur (37.).

Eo igitur anno 1633. cum copiis profectus; sed Mediolani,
valetudinis caussa, aliquamdiu substtit. Tum novo milite in-
structus, iter prosecutus, copiasque suas cum Cæsareanis in Ger-
mania coniungens, anno 1634. ad memorabilem victoriam, de
Suecis, apud Nordlingam, reportatam, plurimum contulit (38. 39.).
Exinde ingentem consecutus gloriam, Bruxellis incredibili omnium
favore atque lætitia exceptus est (40.). Eo igitur munere, cum
strenue atque fideliter fungeretur, rem contra Fœderatos, anno
1638. præcipue, prosperrime gessit (41.). De cetero variam
belli aleam, atque ut plurimum adversam, expertus, præmatu-
ram mortem oppetiit anno 1641. Princeps cum oris habitu,
tum facilitate morum, ac probitate, & virtute etiam bellica lau-
datissimus. KHEVENHÜLLER, & cit. *Theatrum Europ.*

ANNA MARIA MAURITIA.

XXX.

ANNA D. ei G. ratia FR. ancæ
ET. NAV. arræ REG. ina. Effi-
gies ANNÆ antiquorum more
stolata, a dextris sinistrorum.

LUDOVICVS. XII. (per errorem
scilicet aut sculptoris, aut certe
chalcographi HERÆANI; cum
legendum sit XIII.) D. ei G. ratia
FRANCORVM. ET. NAVA. rræorum
REX. Protome Regis armata,
cum patagio, tæniis denticulatis
marginato, & ordinis S. SPIRITUS

TOM. II. P. I.

tessera: capite laureato, & non
nihil ad lœvam deflexo.

Altera huius numismatis pars,
alteram magnitudine superat;
atque adeo utræque ex diversis
nummis desumptæ, ab HERÆO
ideo coniunctæ, atque adiectis
orbibus æquales factæ sunt: ut
sibi auxilio essent, stemma ge-
nealogicum ex nummis conte-
xendi. Ceterum matrimonium
ANNÆ cum LUDOVICO, quod
hic haud dubie designare vole-
bat HERÆUS, anno 1615. die
xxv. Novembbris, celebratum
fuit. T. H.

C c 2

XXXI.

PHILIP.
PI. III.
PROLES.

XXXI.
Perigraph ut num. præcedenti. Protome Reginæ in habitu viduitatis: capite nempe vittato & velato, a dextris sinistrorum. Inferne sub brachio eius dextro **WARIN**, sculptor, nomen suum expressit.

**LUDOVICVS XIII. d. ei G. ratia
FR. anciae ET. NAV. arrae REX.**
Protome Regis iuvenis armata, antiquorum more, cum ordinis S. SPIRITUS insigni: capite laureato, sinistrorum verso. In imo repetitur nomen scalptoris, additurqne numerus anni 1643.

LUDOVICO XIII. hoc anno ad plures abeunte, Reginæ filii, tum ætatis annum quintum agentis, tutela atque regni administratio, quam ad annum usque 1651. magna cum laude gessit, commissa fuit. Quæ res in sequenti numismate luculentius declaratur. **M. S. B. ar. pond. sesquiunc.**

XXXII.

Sedet Rex puerulus in solio, a cuius sinistris **ANNA** Regia mater assidens, eiusdem dextram, qua sceptrum tenet, sustinet. Additur perigraph: **ANNAE AVSTRIACAE REGIS ET REGNI CVRA DATA.** & in exergo: **M. DC. XLIII.**

Hoc numisma se ipsum satis clare explicat. Est autem ex eorum numero, quibus celeberrima Accademia Regia Inscriptionum LUDOVICI XIV. vitam & gesta complectitur, edutum *ex editione Badensi de anno 1705. p. II.*

(a) Vid. cit. *memoires d' ANNE d' Autriche* Tom. IV. p. 527. seqq.

XXXII.

XXXIII.

Tab. XII.

Regina filio Regi temonem, liliis conspersum, tradit, addita perigraph: **REGE LEGITIMAM AETATEM ADEPTO.** In segmento: **SEPTEMB. ris VI. M. DC. LI.**

Legitima ad regendum ætas, secundum regni Francici leges, est annus XIV. Hunc cum attigisset **LUDOVICUS**, Regina acceptam potestatem filio reddidit; id quod hoc nummo exprimitur. *Ib. p. 65.*

XXXIV.

Adversa huius nummi pars fere eadem est, quæ num. XXX.

In aversa lily in amœna re- gione cernitur, addito in peri- pheria hemistichio: **DIVA. SE IACTAT. ALVMNA.** In exergo numerus anni 1660.

Quanquam Regina anno 1651. ut vidimus, regni habendas filio tradiderit: eius tamen consilia & auctoritas etiam posthac plu- rimi valebant. Præprimis anno 1660. præcipuum operam con- tulit, ut **MARIA THERESIA**, eius ex fratre **PHILIPPO IV.** Rege Hispaniae neptis, nuptui daretur; quo simul pax *Pyrenaica* co- luit (a). Eius rei memoriam continet præsens numisma, quod ante nos Cl. LOCHNERUS edi- dit, & fusiori commentario il- lustravit, in anno 1741. p. 321.

XXXV.

ANNAE AVST. riace MATRI COLENDISS. ima. Pyramis effi- giem ANNÆ præferens, & corona clausa fastigiata, supraque tumu-

Tab. XLI. tumulum erecta, cui hinc inde duæ mulieres assident: quarum altera plorans, temonem tenet, artis regnandi symbolum: altera typum templi *Vallis gratia*, (*Val de grace*) Reginæ sumptibus ædificatæ, sustinet. In ergo annus & dies mortis legitur. OBIIT XX. IANV. arii M. DC. LXVI.

Numisma ex citatis nummis Accademiæ Regiæ eductum, ulteriori explicatione haud indiget. *Medailles de Louis le grand* p. 173.

**FERDINANDUS INFANS
HISPAÑIÆ S. R. E.
CARDINALIS.
XXXVI.**

FERDINAND. *ms* HISPANIAR. *um* INFANS. Protome Infantis iuvenili facie, habitu sacro induiti, cum brevibus capillis, a sinistris dextrorumsum.

Postica scutum continet *Hispanicum*, imposta cruce, galero Cardinalium obteatum.

Hunc nummum anno 1619. cusum existimo, quo FERDINANDUS annum ætatis decimum nondum egressus, Archiepiscopus Toletanus, & S. R. E. Cardinalis designatus fuit; quippe quod eo oris habitu fistatur, qui illi ætati facile conveniat. *M. Imp. ar. fus. pond. 3. drach.*

XXXVII.

FERD. inandus HISP. aniarum INFANS. s. acr. R. omanæ E. ecclesiae CARD. inalis PROV. inciarum BELG. icarum GVB. ernator. Protome FERDINANDI eodem habitu; at hic provectionis iam ætatis appa-

ret, mystace & barba, ac longio- PHILIP-
ri capillito instructus, ceterum PI. III.
ad lœvam conversus. PROLES.

Aversa inscriptione carens, fistit a dextris, ut quidem videtur, FERDINANDUM, Hispanorum more vestitum, & in pedes erectum: a sinistris adest ISABELLA CLARA EUGENIA Gubernatrix Belgii: in medio manus e nubibus porrecta, annulum sustinens, a quo tres coronæ pendent, tropæo, quod mensæ insitit, & torque, cui signum crucis annexum, ornato, superimpositæ seu innexæ. In vertice legitur vox: DEO, & e nubibus angeli seu duo genii, utraque parte flores & fructus supra adstantes spargunt.

Si postica haec revera ad istam anticam spectat, & non forte per HERÆI pictorem, ab alio nummo mutuata, huc translatata fuerit: numisma hoc votivum honori FERDINANDI Cardinalis & ISABELLÆ CLARÆ e tempore percussum ac datum fuisse tenendum erit, quo Rex PHILIPPUS IV. ad petitionem ISABELLÆ, FERDINANDUM Cardinalem, fratrem suum, Belgarum Gubernatorem renuntiaverat, adeoque anno 1632. quo id factum est; cum ISABELLA anno insequenti obierit.

Symbolo, itaque in aversa expresso, denotatur: firmamentum regnum a Deo esse, & quemadmodum ISABELLA regnante bona quasi cœlitus descendebunt, ita FERDINANDO gubernante bona & prospera cuncta expectanda esse. T. H.

PHILIP-
PI III.
PROLES.

XXXVIII. XXXIX.

FERDINANDVS. DEI. GRATIA.
HISPAN. iarum INFANS Z. (i. e.
et cetera.) Effigies Cardinalis
fere ut num. præcedenti , dex-
trorum tamen versa. Addun-
tur siglæ sculptoris : ANA. F.
ecit : nisi legendum sit AXA. ut
in altero nummo, num. XXXIX.
expresso.

Alter a priori in hoc solum
differt, quod FERDINANDUS ar-
matus, qualiter scilicet in bel-
lum procedere consueverat ,
compareat.

Hos nummos Clarissimus
VAN LOON honoribus FERDI-
NANDI datos fuisse docet, quan-
do iter in Belgium per Germa-
niā superiorem faciens, copiis
suis cum exercitu Cæsareo con-
junctis , insignem victoriam,
a Cæsarēanis ad Nordlingam de
Suecis ac Protestantibus repor-
tatam , deditioñemque eiusdem
urbis plurimum promovit. V.
L. T. II. p. 219.

XL.

FERD: inandus HISP: aniarum
INFANS. s. acra R. omane E. ccle-
siae CARD: inalis PROV: inciarum
BELG. icarum GVB. ernator. Effi-
gies Cardinalis ut num. XXXVII.

In aversa sol, radios diffundens , & terram & mare col-
lustrat , ac refovet , addito
lemmate : IN. COMMUNE. BO-
NVS.

Est hic nummus ex eorum
numero, quos Belgæ ad introi-
tum Cardinalis in terras suas ,
lætitiaæ caufsa , & conceptam

(a) Vid. VAN LOON I. c.

de futuro eius regimine spem ^{Tab. XII.}
optimam contestandi ergo, cu-
di iusserunt (a). Ib. p. 220. a
ꝝ M. Imp. ar. pond. semunc.

XLI.

In antica navis visitur in ma-
ri tranquillo , secundo vento
cursum tenens ; per quam felix FERDINANDI gubernatio in-
telligitur, cuius nominis littera
initialis F, corona tecta, in area
superiori appareat, & in ambitu
perigraphe : HAC. FOELIX. RES-
PVBLICA. NAVIGAT. AVRA.

In postica arma Hieronymi
QUESNOYI , fossæ Bruxellensis
Præfecti, exhibentur, cum pe-
rigraphe : CALCVLVS. FOSSÆ.
BRVXELL. ensis 1638.

Hoc anno FERDINANDUS co-
pias Comiti Nassavio, HEN-
RICI FRIDERICI filio , commis-
fas, apud Callonium in fugam e-
git: captis duobus millibus &
trecentis viris , undeviginti tor-
mentis , alioque apparatu bel-
lico , cum multis signis & ve-
xillis militaribus. Dehinc Gal-
lis obsidionem fani S. AUDO-
MARI solvere coactis , Princi-
pem quoque Auriacum , ingeni-
ti cum ipsius detimento ab
obsidione Geldriæ pepulit. Ad
hæc Hispani in Italia Vercellas ,
in suis finibus Fontem rapidum
expugnarunt. Harum insigni-
um victoriarum cum præfens ,
tum alias calculus , inter PHI-
LIPPI IV. numismata num. xv.
producendus , testes sunt , in
Catholico Belgio signati. V. L.
pag. 237.

PHI-

PHILIPPUS IV. HISPA NIARUM REX.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

Tab. XLII.
seqq.

DHILIPPUS vitæ lumen anno 1605. die VIII. Aprilis *Vallisoleti* adivit. Anno 1621. patri PHILIPPO III. in omnibus Hispaniæ regnis succedens, velut novus sol exoriens (2.) regimen, submotis aliquot malis publicæ rei administris, (1.) egregie auspicatus est.

Recepto deinde post mortem ALBERTI Archiducis, ab ISABELLA CLARA EUGENIA, amita sua, *Belgio* (3.) finitisque, in eunte principatu, duodecim annorum, de quibus supra memoravimus, induciis, bellum cum Fœderatis Belgis recruduit, varia fortuna, eaque Hispanis magnam partem adversa, deinceps gestum. Etsi enim anno 1622. contra MANSFELDIUM prospere pugnatum (4. 5.) ac anno 1625. *Breda* feliciter capta fuerit (6.), a Principe *Auriaco* post annos novem frustra tentata (13.): et si præterea Batavi anno 1626. ab *Hulsto* reiecti (7.), & anno 1631. prælio navalí victi (12.), ac denique FERDINANDUS Archidux, de quo pariter in præcedentibus, anno 1638. ubique superior fuerit (15.): hi tamen progressus multo minores erant iis, quos Batavi cum proprio Marte, tum Francorum, qui & ipsi Hispanis bellum indixerant (14.) opera (17. 18.) tam in Europa, quam & præcipue in Indiis fecerunt.

Accedebat his malis non solum *Catalaunia*, sed & totius *Lusitania* regni, deinceps nunquam recuperandi, defectio; atque insuper Neapolitani anno 1647. res novas moliti, HENRICUM de LORENA, Roma evocatum, caput sibi & Ducem consti-
tuunt (72-74): quanquam gallis anno 1655. rebellibus in auxilium venientibus, & ab *Alphonso de Porta* feliciter cæsis pul-
fisque (75.) res tandem composita fuerit. Itaque facile erat Fœderatis anno 1648. pacem, qua libertatem adepti sunt, im-
petrare (22.).

At cum Francis bellum continuatum fuit, cumque iis æ-
quiori deinceps Marte, maxime LEOPOLDI GUILIELMI Archidu-
cis (27.), de quo nos suo loco, virtute, certatum. Inter
ceteros feliores successus anno 1653. dupli-
cia Victoria potitus est PHILIPPUS; cum disiecta classe Gallica in Germania inferiori *Dun-
kerkam*, in *Catalaunia Barcinonem* recuperavit (29.), tum anno
1656. repulsis a *Valencenna* Gallis, *Condatum* recepit (32.),
eximio etiam elogio inde mactatus a suis; quod ipsi *Hedina* an-
no 1658. per proditionem tradita fuerit (36. 50.).

Tandem

PHILIP-
PUS IV.
HISPAN.
REX.

Tandem post diuturna hæc dissidia anno 1659. induciæ fa- Tab. XLII.
ctæ (37.), quas anno sequenti pax, toties exoptata (16. 31. feqq.
34.), cui a montibus *Pyrenaicis* nomen inditum, exceptit (38-
41.) matrimonio LUDOVICI XIV. Regis Franciæ cum MARIA
THERESIA, PHILIPPI filia natu grandiori, stabilita (42.).

Post hæc PHILIPPUS ad legitimam, Domuique suæ Austriae utilem in regnis suis successionem, animum advertens, arc-
tissimum cum LEOPOLDO *Augusto* fœdus init (44.) eique filiam
MARGARITHAM THERESIAM despondet (45.), dumque regnum
Lusitanæ vi armorum recuperare nequidquam studet, vitam sum-
me laboriosam cum æterna requie commutat: postquam Mo-
narchiam Hispanicam annis quadraginta, maiori cum virtute, quam
felicitate rexisset.

Coniugio bis se devinxit: primum cum ELISABETHA, HEN-
RICI IV. Regis Franciæ filia (20. 21.), quæ ei præter alios li-
beros, in tenera ætate defunctos, anno 1629. die xvii. Octob.
BALTHASAREM (9.) genuit, in flore iuventutis anno 1646. ex-
tinctum, nec non supra dictam MARIAM THERESIAM, de qua
postea.

Altera coniux MARIA ANNA, FERDINANDI III. Imp. filia,
anno 1649. nupta (23 - 26.) eundem pariter multa solole bea-
vit. Ex adultis sunt laudata MARGARITHA, LEOPOLDI *Magni*
postea uxor, & CAROLUS in regno successor, cuius post mortem
Regis MARIA ANNA vidua (46.) tutelam, ut videbimus, suscep-
pit. Eius nummos suo loco recensēbimus. Memoratur etiam
PHILIPPUS PROSPER anno 1657. natus (35.), sed qui post an-
nos quatuor denatus est.

Præter hos IOANNEM ab *Austria* ex consortio suscepit, Belgii
postea Praefectum (34.), cuius numismata pariter producturi
sumus.

Ex nummis uncialibus duo dumtaxat (47. 48.) exhibe-
mus, quamvis alii plures recenseant. Ex monetis reliquis cum pri-
mis notanda est, quæ ei *Fidei Defensoris* titulum attribuit (59.).
Ceteræ symbola, cum patri, tum avo, ac proavo iam usur-
pata (57. 61. 62. 65. 68 - 70.) præferunt. KHEVENHÜLLER
cit. *Theatr. Europ. Cet.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

PHILIPPVS. IIII. D. ei G. ratia
HISPAN. iarum R. ex. Protome
Regis armata, ordinis aurei vel-
leris tessera insignis, cum brevi

capillo. Inferius sub brachio eius
dextro numerus anni 1621.
legitur.

HERCVLI. HISPANO. s. enatus
p. opulus Q. ue h. ammoniae. HER-
CULES, seu PHILIPPUS, sub
HERCULIS infantis schemate, duo
serpentes comprimens, genibus
super alias eiusmodi bestias in-
nixus.

Vix